nem reliquorum, & alia, de quibus habetur in d.l.cū
ſeruus.in d.l.qui ſub conditione. & in d.l.ſtatulibera.
cū ſimil. ſunt enim dumtaxat anni 15. uel 16. quibus
diuiſio inter præfatos facta fuit, à quo tempore citra
potuit intentari actio pro ſocio, quam nunc intenta-
31 uit dictus do.Ioan.Baptiſta.Nam †actio pro ſocio da
tur pro ratione ſingulariter reuidenda, uidelicet ſin-
gulis annis,aliiſque temporibus inter partes ordina-
tis,atq; cōuentis,uel etiam ex iuris diſpoſitione, iux-
ta d.clemen.2.§.illi. de religio. domi. cum ſimilibus
allegatis in primo fundamento partis aduerſę,nō ani
mo diſtrahendi ſocietatem,ſed rationis uidēdæ, quo
modo ſocius negotietur, an pecunia ſtet ocioſa, &
an dolus, uel culpa ſocij, aut fraus, atque deceptio in
adminiſtratione interueniat, & hæc actio pro ſocio
naſcitur,& cōpetit,ſocietate durante, & p̄ illā ſocius,
qui adminiſtrat, poteſt cogi ad reddendū rationē ſin
gulariter,& non animo diſtrahendi ſocietatem:& in
hac rationis redditione non uenit ſolutio reliquorū,
nec plura alia, quæ ſunt in generali redditione rōnis
neceſſaria. Actio pro ſocio datur etiā, & cōpetit pro
ratione generaliter reddenda,ſecundū quod habetur
in d.l.cum ſeruus.& in d.l.qui ſub conditione.cum ſi.
uidelicet qn̄ agitur actione pro ſocio ad finē, ut à ſo-
cietate recedatur,& de omnibus generalis ratio red-
datur, rerumq́; cōmunium fiat diuiſio cū ſolutione
reliquorū:& hæc actio oritur, ſeu cōpetit non durātę
ſocietate,ſed ea extincta,& finita,& nō ante.d.l.tam-
diu.& no.in d.l.actione.in prin.Ita in terminis decla-

rat Salic.in d.l.uerū.in fin.& in d.l.tamdiu.ibi[illegible]
& in rub. C. pro ſocio. & hoc modo debent d[illegible]
not. per Bart.in d.l.mutius. in d.l.ſi negotia.&[illegible]
32 neminem. cum ſimil. ſupra allegatis. & facit[illegible]
uoluit Pet.de Ancha.quē refert Cardin.in d.cle[illegible]
2.in §.illi.in 2.oppoſit.ꝙ adminiſtrator, cuius o[illegible]
eſt perpetuum,tenetur rationē ſuæ adminiſtra[illegible]
durāte officio, & adminiſtratione, reddere,[illegible]
illi,at is. cuius officium eſt temporale,ſolū fini[illegible]
cio,ac finita adminiſtratione generalē admi[illegible]
nis rationē reddere tenetur. Vnde poſito,[illegible]
noſtro actio pro ſocio,quę contra ſociu[illegible]
cietate, datur pro reddenda,ſeu reuidē[illegible]
gulariter,eſſet ſpatio triginta annorum[illegible]
in dicto primo partis aduerſæ fundamento[illegible]
quod ita debet intelligi,nō tamē erit præſcrip[illegible]
pro ſocio, quæ poſt diuiſionē, & finita ſocieta[illegible]
fuit, illa uidelicet, qua agitur ad reddēdā genera[illegible]
adminiſtrationis rationē cū ſolutione reliquo[illegible]
cū aliis,de quibus in d.l.cum ſeruus.hæc enim[illegible]
finita ſocietate cōpetere cœpit. ¶Non obſtat[illegible]
dū fundamentum de mutua adminiſtratione,[illegible]
occaſione do.Ioan. Baptiſta non potuit ꝯ Ambro[illegible]
agere ad reddendā rationē propter quandam[illegible]
cōpenſationē ex illa mutua adminiſtratione re[illegible]
tē,qm̄ reſpondetur,ꝙ poſito, probatum fuiſſe de[illegible]
tua ambarū partium adminiſtratione,ueluti ſupra[illegible]
ctum fuit in dicto ſecundo fundamento, tamē[illegible]
33 †hoc non operari, quin Ambroſius, qui adminiſ[illegible]
uit, rationē ſuæ adminiſtrationis reddere tenea[illegible]
nam qn̄ ſunt plures ſocij,qui ſimul adminiſtrant,ſin[illegible]
guli rationē ſuę uillicationis red dere tenentur,qua[illegible]
tenus quiſque adminiſtrauerit, ut probatur ex addu[illegible]
ctis ſupra in primo fundamento facto ad fauorē do.
Ioan.Baptiſtę: & hoc in indiuiduo uoluit Soci.in[illegible]
conſi.24.col.12.in antiquis. & faciunt not.per Bar.&
Alex.in d.l.1.ff.ſi quadrup.pauper. feciſ.dica.& in[illegible]
terminis noſtris uoluit Ang.in d.conſi.285.col.6.ver
ſic.& ſi inter dictos. cum ijs,quę ipſe ibi allegat,& fa-
cit d.l.uerū.§. ſi cū tres.ff.pro ſocio. & d.l.1.§.officio.
ff.de tute.& ratio.diſtrah.cū ergo in caſu noſtro uter-
que geſſerit, & adminiſtrauerit, negari non poteſt,
quin uterque ad reddendā rationem ſuę adminiſtra-
tionis, & quatenus quiſq; geſſit, & adminiſtrauit, &
non ultra, teneatur. Nec obſtat.d.l.ſi ambo.ff.de cō-
34 penſa.cum ſimil.ſupra allegatis.qm̄†ille tex.cū ſimil.
debet intelligi,qn̄ mutuo,& pariter vterque admini-
ſtraſſet,& ſic uniformiter adeò, ꝙ non cōſtaret, quis
magis,& quis minus, & ſic qn̄ par eſſet utriuſq; admi-
niſtratio,& par eſſet culpa,negligētia,& deceptio,ut
ibi in illo tex.parē negligentiam, & ibi tantā neglig[illegible]
tiam, nā tunc uerū eſt, neutrū teneri ad redden[illegible]
tionē, quia actiones quadā cōpenſatione ſubl[illegible]
cuntur,& pares adminiſtrationes,pares neglig[illegible]
pares deceptiones, & culpæ, pariaque delicta mu[illegible]
cōpenſatione tolluntur,ut ibi. & in l.uiro cum ma-
ria. ff.ſolut. matrimo. ſi ergo diſpares eſſent admini-
ſtrationes, negligentiæ, & deceptiones, prout ſunt,
ſeu fuerunt in caſu noſtro, ſecus eſſet dicendum: ex
35 quibus infertur, † ꝙ cum Ambroſius magis admini-
ſtrauerit,quàm Petrusfranciſcus pater do.Ioan.Bapti-
ſtæ,& magis, quàm ille, quem do.Ioan.Baptiſta pr[illegible]
poſuit,& conſequenter magis exercuerit ſe in ſcrib[illegible]
do, & regendo libros rationum, illoſq; penes ſe te[illegible]
nendo, ut probatū fuit, & cum ipſe Ambroſius ſo[illegible]
emerit,ac negotiatus fuerit,eundo ad diuerſa loca[illegible]
luſq; pecunias exactas de capſa extraxerit,penes ſe[illegible]
tinuerit, & ſemper exportauerit abſq; cōputo,&[illegible]
meratione,& nō ipſe Petrusfranciſcus,ex his,in[illegible]
infertur,ꝙ Ambroſius ſolus in reddendo rationē[illegible]

adm-

administrationis tenebitur libros exhibere, & redde-
re: enim do. Ioannesbaptiſta ſit in ea cauſa, in qua
ab Ambroſio ſint exhibendi, & reddendi libri, ip-
ſe ad illos edendū non debet teneri, nec cogi poteſt.
l. quis ex argentariis. §. prætor ait. ff. de edend. Item
ſolus Ambroſius erit in reddenda ratione obligatus
ad reliquorum reſtitutionem. iuxta dictam l. cum ſer
uus. d. l. qui ſub conditione. cum ſimilibus, quia ad
eum ſolum reliqua peruenerunt, cum is ſolus pecu-
nias habuerit, & pecuniæ exactæ ad eius manus in ef-
fectum peruenerint, quæ adhuc penes eum eſſe præſu-
muntur, & ipſe ex illis ditatus, & locupletatus præſu-
mitur, ut dixit Socin. in d. conſi. 24. in d. conſil. 159. &
in d. conſi. 190. Non autem do. Ioannesbaptiſta in red
ditione rationis adminiſtrationis patris, & inſtitoris ſui
ad reliquorum reſtitutionē tenebitur, cum in effectu
reliqua ad eum nō peruenerint, nec ad eius patrē, q̃a
non apparet, niſi ex dicto unius teſtis tantum ad inſtā
tiam partis aduerſæ examinati, ꝙ pater do. Ioannis-
baptiſtæ pecunias receptas habuerit, & de capſa extra-
xerit, ſeu exportauerit, cui teſti non eſt fides adhiben
da, quia dictum unius dictū nullius, ut in c. licet uni-
36 uerſis de teſtibus. item †quia eſt familiaris, famulus,
& domeſticus dicti Ambroſij, ergo illi fides non eſt
adhibenda. argum. l. teſtes. ff. de teſtibus. & in l. etiam.
37 C. eod. & † ideò do. Ioannesbaptiſta rationem ad-
miniſtrationis patris, ac inſtitoris ſui tenebitur red-
dere ſine ſolutione reliquorum, & ſic prout in facto
conſiſtit, & non prout in dando. argumento l.
familiæ in fin. cum ibi not. ff. de ſtatuliber. & ſic ra
tionem reddere tenebitur taliter, qualiter reddi poteſt,
unuſquiſque qui adminiſtrauit, conſuluit Bal. in ſuo cō
ſilio incipien. ad primum. in 7. dubio. Et quamuis per
ipſos teſtes probatum fuerit, ꝙ pater domini Ioan-
nisbaptiſtæ ſtabat in apotheca, illamq́ue cuſtodiebat,
aliquando, & minuta uendendo, tamen omnes ita
deponentes dicunt etiam, ꝙ is pecunias in capſam
recipiebat, atq; ponebat, quas pecunias omnes po-
ſtea Ambroſius ſolus ſingulis diebus accipiebat, do-
mumque ſuam exportabat: per quę dicetur pro parte
do. Ioannisbaptiſtæ reddi ratio de geſtis per patrem
ſuum, videlicet ꝙ pecuniæ receptæ ex uenditionibus
per eum factis in capſa ponebantur, & illæ poſtea ad
manus Ambroſij perueniebant. ¶Nō obſtat tertium
38 fundamentū, quia reſpondeo, ꝙ †redditio rationum
continet duo, unum, quod cōſiſtit in facto, videlicet
libros exhibere, & reddere, excōputare, percunctari,
examinare, diſpungere, & excutere rationes, aliud,
quod conſiſtit in dando, videlicet ſoluere reliqua, &
pecuniam dare, ut in d. l. ſtatulibera. in fine, & unum
ſine altero non ſufficit ad hoc, ut rationes redditæ di-
cantur. d. l. cum ſeruus. & d. l. qui ſub conditione. ubi
caſus, & in terminis noſtris præſupponit Ange. in d.
conſil. 285. colum. 6. & ita eſt de mente Socini, De-
cij, & aliorum in conſiliis ſupra allegatis, & infra etiā
dicā in ſecundo dubio. Non obſtat d. l. quamuis. quia
dico, ꝙ in redditione rationis ſolū reliquorum ſolu-
tio principaliter uenit, non tamen negat ille textus,
quin etiam in conſequentiam, & acceſſoriè non ueniat
etiam factum, videlicet exhibitio, & redditio libro-
rum, & alia ſupradicta: ita dicit Bart. in d. l. cum ſeruus.
quia factum fit propter dationem, & hoc tenent Cu-
man. & alij ibi, & ſequitur, ac declarat Soci. in d. l. quā
uis. Præterea in caſu noſtro non apparet, Ambroſium
reliqua integraliter ſoluiſſe, ut ſupra probaui, ergo ra
tiones nullo modo ſufficienter redditæ dicuntur, ut
ab hac redditione liberatus dicatur, tum quia illas nō
reddidit, tū quia ex parte ipſius deceptio, & fraus in-
terueniit. ¶Vltimo non obſtat conſil. Pauli de Caſtr.
39 147. alias 126. lib. 2. in nouis, quoniam in caſu, †quo

Paulus conſuluit, ambo ſocij communiter, & pari-
formiter adminiſtrarunt, negotia ſocietatis, & om-
nia alia ſimul communiter geſſerunt, & faciebant,
nec unus magis, quàm alter: quo caſu dici poteſt, ve-
luti ſupra etiam declaraui, neutrum ad reddendam
rationem teneri rationem cuiuſdam mutuæ, & taci
tæ compenſationis. d. l. ſi ambo. quam legem etiam
Paulus ibi allegat. Secus ergo, ſi unus magis, quàm
alter adminiſtraſſet, ſolusq; claues apothecæ tenuiſ-
ſet, illam ad libitum ſuum claudendo, & aperien-
do, & ſolus pecunias exactas in capſa exiſtentes do-
mum ſuam ſine computo, & numeratione exportare
ſolitus eſſet, nam tunc ille poſſet cogi ad reddendam
rationem alteri ſocio, qui aliqua leuia adminiſtrare
ſolitus erat, ut ſupra plenius dixi, & ita eſt de mente
Pauli in dicto conſilio dicentis, quòd potius filij di-
cti Antonij, de quibus ibi, poſſent agere contra filios
Petriioannis, qui, ut dicebant teſtes, pecunias do-
mum ſuam portare conſueuerat, quàm èconuerſo.
argumento d. l. actione. §. ſi communis. ff. pro ſo-
cio. Et quòd unus ſocius poſſit contra ſocium agere,
ut rationem adminiſtrationis reddat, quamuis am-
bo adminiſtrauerint, ſed unus magis, quàm alius, vo
luit in terminis Ang. in d. conſi. 285. colum. 6. & Soci.
in d. conſi. 24. colum. 12. Præterea Paul. de Caſtro lo-
quitur, quando ſocij ſteterunt diuiſi per annos uigin
ti, & ultra, ſemperq́ue interim tacuerunt, ac nunquā
fuit petitum, ut ratio redderetur: nos uerò ſumus in
caſu, in quo dumtaxat per annos quindecim diuiſi
ſteterunt, ut patet ex inſtrumento diuiſionis, litiſq́ue
40 conteſtatione. Et † poſito eos etiam ſtetiſſe diuiſos ꝑ
annos viginti, nihilq́ue dixiſſe, maximè dominum
Ioannembaptiſtam, tamen non poteſt caput meum
ingredi, quin ipſe actione pro ſocio agere potuerit
contra Ambroſium ad reddendam rationem, quia
actio pro ſocio, quæ eſt perſonalis, nec decem, nec vi
ginti annis tollitur, ſed ſolum ſpatio triginta anno-
rum. d. l. ſicut in rem. & Inſtitu. de perpet. & tempo.
actio. in §. 1. & cum bona fide maximè hodie ex diſpo
ſitione iuris canonici. d. cap. vigilanti. & cap. fin. cum
ſimilibus. extra de præſcript. & vbique habetur per ca
noniſtas. Tempus enim non eſt modus tollendæ, uel
inducendæ obligationis. l. obligationum ferè. §. pla-
cet. ibiq́ue gloſ. & ſcribent. ff. de actio. & obliga. Non
41 obſtat d. l. procula. ff. de probationibus. † quoniam
vinculum ſanguinis ibi hoc operatur, & ſic uera fra-
ternitas, uel conſanguinitas, non autem ficta, qualis
eſt ſocietas. d. l. uerum. in principio. & ita propriè lo-
quitur dict. l. procula. Præterea fraternitas, ſeu con-
ſanguinitas, temporiſq; diuturnitas ſolummodo ta-
citam remiſſionem, & præſumptam donationem nō
inducunt, ſed debent tria concurrere, quorū unum ſi
deficiat, rationum redditio non cenſeretur remiſſa,
ſeu non pręſumeretur donatio, videlicet uera frater-
nitas, & conſanguinitas, diuturnitas temporis, & ſæ-
pius facta compenſatio, ſeu ratio reuiſa, & reddita: ita
declarat Bart. in d. l. procula. & eſt gloſa communiter
approbata in l. libertis. la ſecunda. in §. 1. & ibi Barto.
ff. de alimen. & cibar. legatis. quæ clarius loqui non
poſſet. At in caſu noſtro conſanguinitas, ſeu fra-
ternitas uera non interuenit, nec rationes ſæpius fue
runt redditæ, ut de ſe patet, ergo illa diſpoſitio di-
ctæ l. procula. locum non habebit. Non obſtat dicta
l. actus. ff. de adminiſtratio. tuto. quem textum alle-
gat Paul. de Caſtro in dicto conſilio, quia ille loqui-
tur, quando adhuc officio durante concurator uellet
concuratorem ad reddendā rationem cogere, quod
fieri non poteſt, ut ſupra latius dixi, & ita propriè
Bartolus ibi intelligit illum textum, & ex eo hoc
colligitur, nam loquitur eo tempore, quo contra

curatorem, uel tutorem de ſuſpecto agi, aut accuſari
poteſt, & cōſequenter durante officio curæ, uel tute-
læ, poſt enim de ſuſpecto agi non poteſt, ut per totum
Inſtitu. & ff. de ſuſpec. tuto. Sed nos ſumus ī caſu, quo
ſocietas erat diuiſa, & ſic officium adminiſtrationis
erat finitum, quo caſu poteſt contra illos, qui admini
ſtrarunt, agi ad reddendam rationem, ut habetur in
d.l. actione. in princip. & in d.l. uerum. in fi. per Salicet.
& latius ſupra dictum fuit, ergo ex prædictis omnibus
colligitur, illud conſil. Pauli de Caſt. potius contra
Ambroſium reum conuentum facere, quàm pro ip-
ſo. Et hæc quoad hunc primum articulum ſufficiant.
¶ Venio ad ſecundam hæſitationem, in qua uidetur
prima facie concludendum eſſe, ꝙ ex diuiſione iam
diu facta, & ex aſſignatione reliquorum ipſi do. Ioan.
Baptiſtæ tempore diuiſionis facta, ut in inſtrumento
diuiſionis continetur, rationes dicantur ſufficienter
redditæ tum ex diuturnitate temporis unà cū frater-
nitate, quæ inter ſocios eſſe cēſetur. d.l. procula. iūcta
d.l. uerum. in prin. & ut cōſuluit Pau. de Caſt. in d. cōſ.
147. uel aliàs 126. tum etiā ex reliquorum ſolutione,
nam is, qui ad redditionem rationis tenetur, ſolum
ſoluendo reliqua cenſetur obligationi reddendarū
rationū ſatisfeciſſe, quia rationes reddere nihil aliud
eſt, quàm reliqua ſoluere. l. quamuis. ff. de conditione
& demonſtratione. ¶ Quibus non obſtantibus, prout
in ueritate non obſtant, ueluti colligitur ex plenè de-
42 ductis ſupra in præcedēti dubio, concludo † rationes
non fuiſſe per ipſum Ambroſium ſufficienter reddi-
tas, & ideò eum ad illarum redditionem, & ad reli-
quorum ſolutionem teneri, quia is, qui rationem red
dere tenetur, non liberatur ſolum ſoluendo reliqua,
& ſic per ſolam dationem, ſed etiam factum præſtare
tenetur, ſecundum quod habetur in d.l. cum ſeruus.
in d.l. qui ſub conditione. in d.l. ſtatulibera. §. fi. ff. de
ſtatulibe. l. ſi quis rationes. & ibi Barto. & idem Barto.
in l. aurelio. §. caius. l. non ſolum. §. liberationis. in fi.
& l. lucius titius. ff. de liber. legat. Præterea Ambroſi-
us non ſoluit reliqua integraliter, & abſque fraude,
ſed cum fraude, & deceptione, magnaque do. Ioan.
Baptiſtæ læſione, ut ſupra in primo dubio fuit demon
ſtratum, ergo iterum ad redditionem rationis ſuffi-
cienter, & ad ſolutionem reliquorum integraliter fa-
43 ciendam iterum teneri debet per ibi dicta. † Quæ autē
in redditione rationum ueniant, ac comprehendan-
tur, optimè colligitur ex d.l. cum ſeruus. d.l. qui ſub cō
ditione. & d.l. ſtatulibera. nam uenit factum, & datio
ſimul, nec alterū ſufficeret, ut in iuribus præallegatis,
ibique ſcriben. maximè Bart. & Soci. & optimè ēt ha-
betur per Angel. in d. cōſi. 285. debet. n. fieri deſcriptio
omnium bonorū cōium, & adminiſtrandorū, tene-
tur ēt uolens adminiſtrare librū rationū conficere, &
in redditione rationis illum exhibere, & reddere: in
quo libro dēnt adnotari, & deſcribi oēs redditus, & pe
cuniæ habitæ, atq; exactæ, & expenſę, & ſic oēs exitus,
& introitus bonorū, & ſocietatis, ut in cōputandis ra-
tionibus poſſit explorari, cōputationes probè, an im-
probè referantur, accepta relata rectè, an nō rectè, ita
enim res qdem à facto incipit. d.l. cū ſeruus. Et nota,
44 dū ille tex. dicit, referātur accepta &c. quia † Ambro-
ſius, qui adminiſtrabat, & rationes, ſeu librū conficie-
bat, & regebat, nō retulit in libris pecunias per eū ac-
ceptas, & domū exportatas, ſed ſine cōputo, & nume-
ratione aliqua, & abſque relatione, & deſcriptione in
libris facta pecunias accipiebat, & exportabat, ut per
plures teſtes probatū fuit, ergo deprehēditur ipſum in
dolo, & fraude fuiſſe, & ſociū ſuū decepiſſe. d.l. cū ſer-
uus. ibiq; doctor. & eſt tex. optimus in d.l. qui ſub con
ditione. ibi, qui ſub conditione rationū reddendarū
liber eſſe iuſſus eſt, docere debet, conſtare fidē oībus,
quæ ab eo geſta ſunt, ut neque ſubtraxerit, quid ex iis
quæ acceperit, neq; expēſum rationibus præſcripſerit
quod non dederat, ſed & quod reliquum per contra-
tum ſcriptum eſt remanere apud eum, ſoluere debet.
Quod ultimū non fecit Ambroſius, quia per cōtrarium
non ſcripſit id, quod penes eum remāſit, ergo in fraude
de eſſe dicetur, & propterea contra illum poterit
do. Ioannibaptiſtæ iuramentum in litem ad intereſſe
deferri, ut uoluit Bart. in d.l. 1. §. officio. & in cōſ.
incipien. cum prædicta examinarem. Pet. de Anchar.
conſi. 313. incipien. in cauſa, quæ uertitur, & idem
Deci. in conſi. 177. & in conſi. 192. Socin. in
lib. 3. & melius in conſi. 213. in quarta cō
45 2. & Angel. in d. conſi. 285. & 192. in fin. Et
tione rationis per ſocium alteri ſocio facienda
penſatur lucrum, quod is ex induſtria, & labore
fecit, cum culpa, dolo, & negligentia ſua, quia de
tenebitur. l. non ob eam rem. cum. l. ſequenti. ff. pro
cio. l. de illo. in fi. & l. ſocius ſocio. eod. tit. d.l. ſi
ff. de compenſa. & habetur per Socinū in conſi.
2. lib. 1. & in conſi. 212. col. 3. lib. 2. qui dixit negligen-
tiam in ſocio adminiſtratore dici latā culpam: &
46 † ut adminiſtratores poſſint rationes reddere, ut ſupra
dictum eſt, dandæ ſunt dilationes cōgruæ ad illas red-
dendum, quia non poſſunt momento reddi, cum re-
quiratur factum ſucceſſiuū, ut in iuribus ſupra allega-
tis, & habetur per Socinū in conſi. 192. in fi. & in pe.
col. lib. 2. idemq; Socin. in cōſi. 149. incipien. in cauſa
Ambroſij col. 2. & 3. lib. 1. allegando Pet. de Anchar.
conſi. incipien. in Chriſti nomine amen, ſordidè, &
perniciosè nimis. & Anto. de Butr. in c. ex parte. de
47 teſtibus. multaq; alia, dicit, ꝙ † redditio rationum
principaliter quatuor continet, atq; complectitur, ui-
delicet Codices edi, Calculum fieri acceptorū, & da-
torum arbitrio boni uiri, reliqua ſoluere, & culpam
purgare, uidelicet ſolutione eius, quod debetur, ut in
d.l. cum ſeruus. in d.l. qui ſub conditione. l. ſi purè. in
& l. ſi pater. §. ſi Sticho. ff. de fideicommiſ. liber. Socin.
in conſil. 159. colum. 3. & in conſil. 190. lib. 2. ubi ple-
nè de materia tractat. Ex prædictis itaque manifeſtè
infertur, ad quid Ambroſius teneatur in reddendo ra-
tiones, quas ſi probè, & ex fide non reddiderit, uel
reddere denegauerit, ut ſupra concluſum eſt, tene-
bitur ad intereſſe ipſius domini Ioannisbaptiſtæ,
quod per iuramentum in litem probabitur, ut habe-
tur per Bartolum in d. l. 1. §. officio. & in conſiliis fe-
rè omnibus iam allegatis. Et ex his hoc ſecundum du-
bium ſit expeditum. ¶ Ad tertium deuenio, in quo
paucis me expediam, nam ex præmiſſis in aliis dubiis
ſatis uidetur colligi, qualiter eſſet contra Ambroſium
conuentum, & ad fauorem præfati domini Ioannis
baptiſtæ pronunciandum. Et licet uideretur di-
48 dum, quòd † Ambroſius præſumeretur ex induſtria,
ſtria, proſperaque fortuna locupletatus, ac
mus effectus, argumento l. ſi defunctus. C. ar
ubi caſus, Bald. & alij, & habetur per Bartolum
facultas. aliàs in l. defenſionis. C. de iure fiſci. lib. 10.
& in l. cum oportet. in princip. C. de bonis, quæ liber.
cum infinitis, quæ ad hoc poſſem adducere, tamen,
ſtantibus his, quæ in hoc tertio dubio fuerunt
poſita, contrarium in hoc caſu de iure uerius eſſe
49 bitror. quod † Ambroſius de bonis, & pecuniis
munibus ſocietatis locupletatus, diuesque effectus
p̄ſumat̄, ex quo. n. Ambroſius adminiſtrabat,
pecunias recipiebat, & illas abſq; numeratione
tabat, ac penes ſe retinebat, & ſic pecuniæ ſocietatis
effectu ad manus eius ſolūmodo, & nō alterius
ueniebāt, ex illis in dubio cenſebitur factus locu-
tior, & p̄ſertim attento, ꝙ ante ſocietatē contractam
Ambroſius non erat ſolitus aliquid ſuplucrari,

[illegible] ſuā lucris ſuæ induſtriæ,& redditibus bono
rum ſuorum alere,& regere poterat, & hoc per no. p
Ang.in l.utrum.ff.de petit.hæredi. & in l.ſine §.
[illegible]inus.ff.de adminiſt.tuto. & per doctores poſt
[illegible] l.1.C.ſi aduer.cred.& in l.prædiorum.C.de præ-
[illegible] & dicit Pau.de Caſt.in conſi.370.incip. ad
[illegible] quæſitum in fine primi dubij, ꝙ poſtquā pe-
[illegible]unt per tutorem exactę,& ad illius manus
[illegible]runt, præſumūtur eſſe apud hæredē eius. Hęc
[illegible] terminis refert,& concludit Soc.in d.conſ.
[illegible] uer. cum ergo. & in d.conſil. 190.col.3.ibi
[illegible]mo &c.Et ſi † Ambroſius diceret ſe fuiſſe lucra
[illegible] locupletatum aliunde, quàm ex bonis,& pe-
[illegible] ſocietatis,hoc manifeſtè probare debebit,& ſe
[illegible]ari potuiſſe, alioquin præſumetur lucra-
[illegible] diues ex lucris,& pecuniis ſocietatis,cu-
[illegible]ant magna, ut iam dictum fuit, & in pro-
[illegible]paret: & † ex negotiatiõibus, & mercimoniis
[illegible]lucrari,non aūt perdere pręſumitur.l.titia.§.de-
[illegible].ff.de muneribus, & honoribus.d.l.ſi defun
[illegible] l.ſemper.§.negotiatio.ff.de iure immunita.&
[illegible] determinat Soci.in d.conſil.24.in prin.13.col.ibi
[illegible]ceret.Et † diligens iudex poterit ueriſimi-
52 [illegible],an Ambroſius tātam pecuniam, & tot
[illegible] induſtria ſua,& redditibus ſuis abſq; bo-
[illegible]mis ſocietatis lucrari potuerit, an uerò ex
[illegible] pecuniis ſocietatis,& ex lucris factis, conſi-
[illegible]litatem,& quantitatem lucrorum, red-
[illegible] impenſarum,ut uolunt Inn.dom.Anto. &
[illegible] in officiis.extra de teſtam. Cum ergo in
[illegible] Ambroſius ante contractam ſocietatem
[illegible]ſtria,& ex ſuis redditibus non eſſet ſolitus
[illegible] ſuperlucrari, & uix poſſet ſuam familiam
[illegible] poſt ſocietatem contractam multa fuerit lu-
[illegible] ditiſſimus factus, lucraq; ſocietatis eſſent
[illegible] ut ex probatis, & deductis in proceſſu ſatis
[illegible] cōſtat,iudex ueriſimiliter debebit arbitra-
[illegible] fuiſſe lucratum,& factum diuitem ex lucris,
[illegible] & pecuniis ſocietatis, & non ex ſola ſua indu-
[illegible] ex redditibus ſuorum bonorum. Ita in ſimili
[illegible] ex iis,quę ponit Soc.in conſi.91. incipien.
[illegible] ſuper quo in 4.col.ibi confirmantur pręmiſſa,
[illegible] facit tex.in c.ſacerdotes. 12. q. 4.& habetur p
[illegible] auth.licentiam ibi concluſiuè loquendū.C.de
[illegible]pis.& clericis,& ad propoſitum etiā faciūt ea,
53 [illegible] dicit Bal.in l.ſi patruus.in 2.col. ibi tertio caſu.
Communia utriuſq; iud.qui dixit, ꝙ ſi alter ex fra-
[illegible] inter quos erat tacita ſocietas contracta, ſolus
adminiſtrabat bona communia, ex quibus maxima
lucra,magniq; redditus percipiebantur,& is non ha-
bebat bona ſeparata,uel talia, ex quibus poſſet ſuper
lucrari,ſi plura bona proprio nomine emiſſet, præſu
mitur pecunia communi emiſſe,& iō ſequitur, ꝙ al-
ter frater,& ſocius poterit petere, illa bona ĩter ipſos
communicari,& diuidi,ac partem eorum cuilibet aſ
ſignari,uolūt Bal.& doct.alii in l.1.C. ſi quis alter.
uel [illegible],& eſt bona gl.in d.l.facultas.aliàs in d.l.defen
54 [illegible] exceptionem. † ubi adminiſtrator præ-
[illegible] lucratus ex bonis,quæ adminiſtrauit, bonus
55 [illegible] in d.auth.licentiam,ibiq́ue Bal. & † dicit idē
Bal.in l.cū oportet.in prin.in 3. col. C. de bonis, quæ
liberis,poſt Richardum, & Cyn.in l. cum duobus. §. ſi
fratres,in additio.ff. pro ſocio. ꝙ quando ſocii ſoliti
ſunt in communi emere, ſi poſtea alter ipſorum no-
mine proprio ſeorſum emerit,illud tenetur commu
nicare,quia ſocietas nō debet claudicare.l.fuerint.ff.
56 pro ſocio.& † ideò qui proprio nomine emit de pecu
nia,quæ pręſumitur communis, cenſetur in dolo, ut
inquit Dec.in conſi.192.in finalib.uerbis,& dicit In-
noc.in c.dilecta.de exceſſib. prælato. ꝙ ſocius debet

57 communi nomine contrahere. † Unde quamuis mu
lier pręſumatur acquiſiuiſſe,& fuiſſe lucrata ex bonis
mariti,quando acquiſiuit conſtante matrimonio,ut
ſiniſtra ſuſpitio euitetur,ut in l.quintus.ff. de donati.
inter uirum,& uxorem,& in l.etiam.C.eod.tit.& no.
in d.l.ſi defunctus.& in d.l.cum oportet.in prin.tamē
hoc eſt uerum,quādo ſolum adminiſtrauit bona ma
riti,uel nullius, ſecus ſi adminiſtraſſet etiā bona alte
rius tertii,& eſſent talia bona, ex quibus ueriſimiliter
lucrari potuiſſet,quoniam tūc non præſumeretur lu-
crata ex bonis mariti, ſed illius, ut declarat Alexā. in
conſi.40.uol.3.& ita debent intelligi ea,quæ haben-
tur in d.l.ſi defunctus.& in d. l.cum oportet. & faciūt
ea,quę ponit Bal.in d.authē.licentiam. & in d.l.cum
58 oportet.ĩ prin.in fi.3. col.dicit,ꝙ † adminiſtrator rei-
publicæ,qui tempore, quo cœpit adminiſtrare, non
erat diues,& parum,uel nihil habebat,ac tempore fi-
niti officii reperitur ditiſſimus, præſumitur ex publi-
cis pecuniis ditatus, ut no. in d.l.facultas.& ſecundū
Iacob.de Beluiſ.ratione adminiſtrationis,& officii p̄-
ſumitur quis ditatus, & ꝙ ſubtraxerit, uel abſtulerit
bona domini,quæ apud ipſum officialem reperiūtur.
Et ex prædictis colligitur reſponſio adductis ſupra in
contrarium, & præſertim textui in d.l. ſi defunctus.
59 Vel poteſt illi reſpōderi,ꝙ † procedit, & loquitur, qn̄
eſſet queſtio,& dubium, an acquiſita poſt tutelam fi-
nitam ab eo,qui fuerat tutor, præſumantur de bonis
pupilli acquiſita,& ibi dicitur,ꝙ nō,ſed ex induſtria,
proſperaque fortuna tutoris:ergo acquiſita ante fini
tam tutelam præſumentur de bonis pupilli acquiſita
quando ante tutelam ſuſceptam tutor nihil,uel parū
in bonis habebat,& ſic erat pauper,prout loquitur il-
le tex.ita reſpondet Salice.in d.auth. licentiam circa
principium, ibi quæro modo, ex qua ſolutione opti-
me infertur ad deciſionem huius dubij noſtri, ꝙ ex
quo Ambroſius ante contractam ſocietatem parum
habebat in bonis,& in redditibus,attentis expenſis,p
ſua familia neceſſarijs,& attento eo, ꝙ ante ſocieta-
tem nihil ex ſua induſtria,ſuiſque redditibus ſuperlu
crabatur,uixque cum ſua familia uiuere poterat, itē
attento,ꝙ,ut fuit probatum, pater D. Ioannisbapti-
ſtæ multa bona, multaſque pecunias in ſocietate po
ſuit,& ſingulis annis maxima lucra fiebāt, & ꝙ ſolus
Ambroſius in effectu adminiſtrabat,uel ſaltem ſolus
pecunias retinebat,quæ ad eius manus dumtaxat per
ueniebant,ex his ſequitur, ꝙ acquiſita per eum,durā
te ſocietate,præſumantur ex bonis,& pecuniis com-
munibus acquiſita,& ideò tenebitur ad illa commu-
nicanda,ſeu ad aſſignandum illorum partem præfa-
to D.Ioannibaptiſtę,ad cuius fauorem domini iudi-
ces debent pronūciare.& pręfatum Ambroſium iux
ta præmiſſa omnia condemnare. Et ita iuris eſſe exi-
ſtimaui. Laus Deo.

S U M M AE.

1 *Creditor ſi fateatur ſibi decem deberi pro reſiduo eius, quod ſibi debetur,totum aliud ſolutum præſumitur.*
2 *Reſidui appellatione totum continetur.*
3 *Debitoris confeſſio de certa quantitate per creditorem acceptata nocet in ea quantitate debitori.*
4 *Geminatio uerborum operatur id,quod aliàs ſimplex aſſertio, & confeſſio operari non ſolet.*
5 *Verba enunciatiua inter ipſos contrahentes probant, illiſq; præiudicant quoad ea, in quibus partes ſibi pręiudicare poſſunt.*
6 *Verba pluralis numeri debent in pluribus uerificari, maximè nō exiſtente ratione,cur magis in uno,quàm in alio.*
7 *Verba indefinita ſemper in iis uerificantur, in quibus partes ſibi præiudicare poſſunt.*
8 *Verba indefinita maximè pluralis numeri in fauorabilibus ęqui-polent uniuerſali,& comprehendunt omnia ſub ſigno indefinito contenta.*